

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

*plures multo itinere fatigatos Israelitas ducit ad montem Syna.*

Incipit iij. liber antiquitatis iudaice.

**G**ITVR. IN OPPINABILIT-  
TER. HEBREOS. TALISA-  
LVTE. DONATOS. GRAVIT-  
ter iterum contristabat. dum Syna ducerentur  
in montem. essetq; regio valde deserta. et necessa-  
rijs alimentis egena. et aqua difficilis. que non  
solum ut preberet aliquis hominibus indigebat  
sed etiam nec aliqua animalia ut aleret erat  
idonea. Est enim sterilis. nullusq; nouus fructus  
ex ea valet oriri. Per huiusmodi liquidam regionem  
necessarie preperabat. quoniam unde irent ad aliam non  
habebat. Portabat autem aqua ex locis iam trans-  
actis duce iubente. et ea expensa ad effodiendos  
puteos cum labore propter terre duriciam accedebant.  
et cum inueniret erat inpotabilis. sed amara simul  
et puera. **H**oc itaq; modo facientes circa meridia-  
na iter. *sepe* venerunt in locum quem propter aque  
maliciam mar noiauerunt. Amaritudo enim he-  
braica lingua sic dicitur. Ibi fatigati itineris  
violentia. indigentiaq; ciborum que eis defecerat omnino.  
manserunt. **E**rat ibi puteus valde durus. qui  
nec sufficere quidem tanto exercitui poterat. parua  
tamen eis consolacionem prebebat. quod in illis locis  
fuisse inuentus. Audierant enim ab exploratoribus.  
quod nichil ambulantes ulterius inueniret. Illa  
liquidam aqua amara griter non solum hominibus.  
sed etiam subiugalibus existebat. **V**idens itaq;  
moyses populum in angustia constitutum. et simul  
causam cui consultari non poterat. neque enim ini-  
micus erat hostis. quatenus vim inferenti de  
necessitate potuisset sua fortitudine resistere. et dum  
isto modo eorum deficeret virtus. infantumq; et mulierum  
multitudo debilior. nichilque prodesset doctrina  
verborum. calamitatem omnium suam moyses prope faciebat.  
**I**n omnium itaq; concurrebant. eorumq; cuncti instabant.  
mulieres quidem pro paruulis. viri autem pro semet-  
ipsis. ne eorum utilitate sperneret. sed eorum salutem quecumque  
ordine prouideret. Ad hoc ergo conuersus est. ut  
solummodo deo supplicaret. ut aquam ex malicia  
penitentium conuerteret. eamque illis potabilem condonaret  
et concedente deo tantam gratiam. sumens summitatem  
virge quam in penitentia gerebat diuisit per medium. et  
in longitudine ipsam incisionem faciens. deinceps  
iactauit in puteum. satisfaciens hebreis. eo quod deus  
eius orationes audisset. et promississet aquam se eis  
qualem concupisceret prebitur. si tamen iussis eius  
non legniter sed promptissime ministraret. Illis vero  
dicentibus. quod vellet se facturos. si aquam conuerteret

in melius. iussit eos que iuuetute valebant haurire  
dicentes. quod prius effusa plura que vltima remaneret  
aqua possit eis esse potabilis. Illi quidem lauda-  
uerunt dictum. et aqua frequenter contusionibus  
exercitata purgataque facta est potabilis. **H**inc  
itaque castra metati. venerunt in belim. que procul  
quidem bona videbatur aspectu. Habebat enim pal-  
marum arbores. de primo autem maligna reproba-  
bat. Nam palme ille septuaginta. non amplius  
erant incredibiles. nec multum eminentes a terra.  
propter aque inopiam. quia dum esset locus omni-  
batenosus. neque eis ex duodecim fontibus hu-  
medatio quedam. aut ad rigandum spes utilis ha-  
bebat. sed dum germiare non possent. steriles erant  
indubitanter et pauca. Cunque per harenam dis-  
currerent. nichil eis occurrebat. vel si paucum aquam  
in manibus sumerent. inutile inueniebant atque  
cenosum. Fructum vero ferre erant ille arbores nisi  
inualide. propter aque ut dixi sterilitatem. Pro hac  
ergo causa culpabant ducem. clamabantque suam esse  
miseriam. experimentumque malorum pro eum se pati  
dicebant. triginta dierum ambulantes viam.  
Quocumque enim portabant consumpserant. et nichil  
penitus inuenientes. erant in desperatione rerum  
cunctarum. **I**n penitentia namque malo animum habentes.  
et non recordantes quanta eis fuissent a deo  
et moyses virtute sapientiaque collata. irascebantur  
aduersus ducem. et lapidare eum simul aggressi  
sunt. quasi ipse causa tante calamitatis existeret.  
Ille vero ita multitudine prouocatus. et contra  
eum amare commota. de deo confidens. et consci-  
entia pura prouidentie sue quam gerebat contra  
contribules suos. semetipsum dedit in medium.  
et conclamantibus atque ad lapides manus ha-  
bentibus. cum esset ille aspectu gratissimus. et  
ad loquendum multitudinem suauis. mitigare  
cepit iras eorum. neque eis propter beneficiorum  
obliuionem habere poscebat. propter recordacionem  
malorum penitentium. nec quia nunc laborarent.  
ideo deberent perpetua dei munera proicere.  
quorum iam magna et inopinabilia meruissent.  
sed sperare potius etiam de presenti anxietate se  
dei prouidentia liberandos qui eorum virtutem  
probare vellet. si haberent tolerantiam. et animo  
bono precedetia retinerent. quia si non ad illa  
bona propter presentia mala respicerent. exerce-  
rentur in malis et arguerentur non esse boni.  
neque circa patientiam. neque circa prisorum bonorum  
memoriam. cum ita deum eiusque voluntatem  
contemnerent. per quam egyptum reliquissent.

*s. sexta mansio.*